
Vespera duodecima.

Omnibus denuo sub malo congregatis, quum pater novi quid in promptu habere videretur, quod parvulis narraret, Julia rogat: quae-
nam hodie nobis fata evolves, dulcissime pater?

(Cuncti interim in corbibus texendis eruditi toti in hocce erant officio.)

Robinsonii nostri, respondet ille, intenta-
que omnes ora tenent.

Julia. Quin ille mortuus est!

Johannes. Tace, quaeso, Julia! Illum
lucem recepisse, credi fas est. Meministine¹⁾,

Fata evolvĕre (hier in Beziehung auf das gleich nachfolgende Robinsonii) i. q. exponĕre, pandĕre, narrare. totum esse in al. officio eifrig mit etwas beschäftigt sein. ora intenta tenĕre große Augen machen. lucem (vitam) recipere, resuscitari, resurgere, revivere, in vitam redire. credi fas est es ist glaublich, möglich.

1) Memini auch mit dem accus. c. infinit. gebräuchlich, so wie mit ut (wie) cum (da) u. s. f.